

Aliorum medicorum de Camino [a] ea conculit et ea militare meruit. Qui praedictis misericordiis opere meritis etiam Valesianus excoletum et intercessum est. Autem tunc fortior et invictior. Conveniens vero etiam cum filio de familiis eis fortius ibi comparsit, balsamum suum ducens cum ibam cum filio de familiis eis fortius ibi comparsit, balsamum suum ducens cum ibam.

De origine et statu urbis Faventiae.¹⁾

CAP. XIII.

[a]

CIV. XI.

de Destructione Castri Basilaci [A].

CAP. XIV.

[b] lavantes vulnerare atque occidere non formidabant. Locum, qui dicitur Curtis, in odio Faventinorum [c] destruxerunt, preces et minas comitissae Mathildae, cuius praefatus erat locus [d] A vilipendentes. Sub anno dominice incarnationis MLXX, adiutorio praefatae [e] comitissae, Faventini super nominatum [f] castrum habuerunt triumphum. Castrum cum muris et turribus funditus destruxerunt. Totus igitur populus fere venit Faventiam, et majores similiter. Hanc autem victoriam non sibi sed Domino adscripserunt Faventini, et predictae comitissae, quae non modicum timebatur.

[a] Totum hoc caput, quod viginti lineis constabat, ita evanuit, maculisque secat, ut nullo modo legi possit. Quamobrem a Cl. Mittarelio, licet veterum characterum peritissimo, in exemplo ab ipso descripto totum omittitur. Omissum quoque fuit a Codicis Viaranei scriptore, nec non a Gregorio Zucculo, qui ante nos codicem p[re] oculis habuere. Hinc patet antiquissimo vitio corruptum fuisse, neque quid in hoc capite contineretur, ab ullo unquam memoriae proditum. Dolendum profecto de hac depravatione eodicis est; sed magis adhuc esset dolendum, nisi jam capite I, quid de Faventiae origine statuque sentiret Tolosanus, edoceremur. An de industria hoc caput fuit deletum? Maynarius et alii scripserunt Tolosanum in progressu sua historiae confessum fuisse falsa et commentitia quae superius de Faventiae origine tradiderat. Num hoc in capite reperiebatur confessio ista? — [b] Mutilum est hoc quoque caput, quia sex primae lineae obliterate omnia sunt. Reliquas habe, utsequuntur, ex recensione Cl. Mitt. In C. V. deest. — [c] in odio Faventinorum. Sic. C. M. — [d] praefatus erat locus. In C. M. prefactus erat locus, et sic saep[er] prefactus pro praefatus. — [e] adiutorio praefatae. In C. M. aiutorio prefacte. — [f] super nominatam. Cl. Mitt. addidit super, ut sensus rite procedat.

[A] Basilaci. Nunc villa ad orientem quatuor hinc milliariis cum dimidio; vulgo Basiaga. In charta Tab. Azz. fit mentio Teoderici et Guidonis germanorum, filiorum Azonis de Basiliaco, quorum concessione datur ad renovandum una Clausura terrae posita in Basiliaco. Item in alias anni MCXCVIT Rambertinus Basiliagi, et in quadam donatione anni MCCCLXXV fundus Basiliaghi memorantur. Hinc facile intelligitur Basilacum in Basiliacum, vel in Basiliagum, deinde Basigliaghum, et tandem Basiaga transisse.